Jaśnie Wielmożnemu JX. Xiędzu

Wolskiemu

Kanonikowi Kaliskiemu Katedralnemu

Proboszczowi Żmierzynickiemu

Kommissarzowi Biskupiemu

Eremu Bielanskiego

na Żmierzynie

IN NOMINE DOMINI AMEN.

DISSERTATIO OECONOMICA

De Officio Parentum & liberorum.

per

M. ANDREAM BADURSKI

AA. LL. & Philoſophiæ Doctorem in Claſſibus Novodvorſcianis Scholæ Pòëſeos per horas primas Profeſſorem, Collegam Minorem Vocatum.

pro loco obtinendo

in minori Univerſitatis Cracovienſis Collegio.

publicæ diſputationi

In Lectorio CC. DD. Theologorum.

Annô Domini 1765. Die 20, 7bris.

EXPOSITA.

CRACOVIÆ in Typographia Seminarii Epiſcop: Academ.

PRÆNOBILIBUS & AMPLISSIMIS VIRIS

D. MATHIÆ BAJER,

Sæ Ræ. Mttis Secretario & Consiliario
Majorũ hac in Urbe meritîs, ac suîs comendato
Virtutibûs præclaris, Sapientiâ solidâ, moribûs honestîs ornato.
domi forisq;
quà consiliis, quà legationibûs percelebri (a)
Rerum æquè Patriarum ac exterarum peritiâ, varietate idiomatum prædito,
Libertatis Civium Promotori eximio
multis in locis salutari (b)
in rebus perplexis Viro utili,
Bono Urbis, bono Civium, bono amicorũ semper intento
Viro bono, Civi bono, Patri Optimo.
Integro vitâ scelerisq; puro. (c)
Qui consulta Patrum, qui leges juraq; servat (d)
Cui animus, cui mores, cui lingva (e)
Cui pudor & justitiæ soror incorrupta fides, nudaq veritas (f)
eggregia; proba & inqu lina, militant.
Metropolis Cracoviensis.

PROCONSULI.

(a) *Quotannis omnibus ferè in negotiis ab Urbe Crac. Varsaviam Deputatus* (b) *Causas Urbis diligent. & felicit. tuebatur.* (c) *Horat l. 1. od 19.* (d) *idem epist. 16. in med.* (e) *idem epist. 1. ad Macen.* (f) *idem l. 1. od 20.*

D. BALTHASARO HINTZ,

Omnibûs cum animi tum corporis dotibûs, decorato.

Qui

offensus pravis dat palmam & præmia rectis.

Cujus

nobilis animus, omnia fert æquè adversa.
Cujus proba facta, quia mens quoq; proba est. (a)

Cui

mens sana, in corpore sano.
Quærit opes & amicitias inservit honori.
Commisisse cavet, quod mox mutare laboret. (b)

Quem

matura ætas, morum gravitas & authoritas miro ordine cohonestant

à Quo

nil nisi cura placendi, DEO, Patriæ, amicis proficiscitur.
Testatur primum cum Religio, tum vitæ innocentia.
Bonum Civitatis alterum. (c)
alterum benevolentia.

Viro

Qui rectè omnia judicat,
rectè omnia perspicit.
omnia recte agit.
æquo, pio, urbano.
Urbis Cracoviensis.

C O N S U L I.

(a) *ex Græc. Comic.* (b) *Horat.* (c) *Negotia Urbis proci[illegible]è aliquoties promovit, tum militiæ Civitaten: per aliquot annos Præfect. agebat.*

D. JOSEPHO FEISMANTEL;

Antecessorum famâ, meritîs, armisq; per-
celebri. (a)
Nobili genere ac Familiâ in Imperio oriundo
In DEUM fide,
in pauperes liberalitate,
in omnes comitate, præstanti
Hac & sua in Patria, omnibus charo, nemini molesto.
Modicum sibi, plus amicis, plurimum DEO, allaboranti.
Religionis Tutori,
Patriæ Civi,
amicis amico.
erga domesticos & extraneos
sincero, probo, affabili.
Justo & tenaci, proposito, *Viro* (b)
Quem
non Civium ardor prava jubentium,
non Vultus minax, non adulatio,
impavidum feriunt, deterrent, convincunt.
Urbis Cracoviensis

CONSULI.

(a) *Privilegium Maximiliani Imp. Reg. Hung. Annô* 1500. *die* 18. *April. gratiose pro deport. insigni libertate prærogatt. concessum August. Vind e.icor.* (c) *Horat. l.* 3. *od.* 3.

D. JOANNI KOZŁOWSKI,

quà Divinis, quà humanis literis, Juribûsq;
erudito.

Legum perito Amatori & Conſervatori (a)
magnitudine animi, ſuaq; virtute claro
doctrinâ, prudentiâ, eloquiô.
probitate, modeſtiâ, patientiâ
commendato.
naturâ, amore, geniô.
omnibus grato, ſingulis adamato.
In rebus anguſtis animoſo, (b)
in nimum ſecundo vento, ſapienti; & turgida contrahenti vela.
aliàs
æquam rebus in arduis ſervanti mentem,
non ſecus.
ac in bonis, ab inſolenti temperatam lætitia (c)
cui
dos eſt magna virtus.
obſtricta certo fædere pietas,
Strenuo & forti cauſisq; in agendis claro. (d)
Urbis Cracovienſis,

CONSULI

EQUITIBUS AURATIS.

PATRONIS SUIS OBSERVANDISSIMIS
Author P. S.

(a) *In Palæſtra Fori Cracov. per duo luſtra Juriscons:* (b) *Hor: l. 2. od.* 10. (c) *idem l.* 2. *od.* 3. (d) *idem Epiſt.*

Accessionem honoris, quem gratiosè à SERENISSIMO & SAPIENTISSIMO REGE STANISLAO AUGUSTO, DOMINO CLEMENTISSIMO, feliciter regnante, in provinciarum, paulò antè impertitum vobis habetis PRÆNOBILES & AMPLISSIMI VIRI, EQUITES AU-

Obięcie honoru, ktory wam NAYIASNIEYSZY i NAYMĘDRSZY KROL STANISŁAW AUGUST PAN NAYMIŁOSCIWSZY, Szczęśliwie nam panuiący, niezbyt dawno w obecności Stanow, łáſkawie użyczyc ráczył SZLACHETNI RYCERZE, *już do wydánia ná Swiát pod wáſzym Jmieniem, czego by-*

AURATI, cum inſcriptionis Opellæ hujus Veſtro nomini, tum per exigui iſthujus applauſus, ſimulatq; propenſæ (quæ nobis Academicis ineſt) teſtificationis, incentivum primò eſſe credite; rei argumentum, alterum.

Et cùm hoc eò libentiùs aggreſſus ſum, quò ſtrictioribûs perexcelſæ Veſtrum in me benevolentiæ argumentîs obſtrictum me eſſe ſentio; duo ſtatem occurrunt, quæ neceſſe eſt, intelligantur; honor ex ſe, honor ex honorante. Primum quidem magnum eſſe nemo non videt, ſecundum veró multò maximum.

Ho-

bynaymniey nie przeczyliście, ſzczupłego tego działá; iuż do powinſzowánia ninieyſzego w krotkości ſłow zámknįtego, á wráż do życzliwego (ktore nam Akádemikom wrodzone) oświádczeniá; pochopem nayprzod bydź rozumiycie; ułożenie rzeczy piſaney, powtore.

A gdy tym chętniey do tego przyſtąpiłem, im mnie ściśleyſzemi náder wyſokiey wáſzey ku mnie przychylności, dowodámi obowiązánym bydz ſądzę, dwie rzeczy w tey mierze záchodzą, ktore bydź zrozumiáne powinny, honor z ſiebie, honor z udzieláiącego. Pierwſzy z tych że wielki ieſt, każdy widzi; ácz drugi nierownie więkſzy.

Ho-

Honor hic non vox, ſed meritorum præmiū. Imò verò non præmiū, ſed exiſtimatæ virtutis teſtificatio eſt, nomine inſignis, re ipſa non exiguus. Namq; ſi nomen ſpectaverimus, adhuc regnante Sigismundo primo, Caſimiri filio, Jagellonis Nepote, Alexander Guagninus primam Ducis Pruſſiæ inveſtituram, atq; collatum Equitis aurati honorem, liquidò teſtatum facit. (a) Eoq; ipſô ſat ſuperq; felicitatis in Vos proficiſci crediderim, quòd portionem hanc honoris, quam etiam Principes magni duxerunt, par-

(a) Joan. Frider. Comes Sapiecha Caſtel. Trocen. L. de Equit. fol. 91.

Honor ten nie imię ále záſług n a g r o d a. *I owſzem nie mowię nágroda, ále zádawnioney w umyſłach cnoty oświádczeniem i ſt, imieniem znákomity, w rzeczy ſamey nie płonny. Albowiem, ieżeli Jmię zważáć będziemy, ieſzcze zá panowániá Zygmunta pierwſzego, Kázimierzá Syna, Jágielloná Wnuká, Alexander Gwágnin, przy pierwſzey Xiążęciá Pruſkiego inweſtyturze, o uzyczonym Jemuż Ryceŕſkiego tegoż Jmieniá honorze, oczywiście zaświádcza. (a) A tym ſamym doſyć wiele ſzczęściá ſpływáć ná was rozumiáłbym, że w cząſtce tego* b o n o r u, *kto-*

(a) Jan. Fryder. Hrabia Sapiecha Kaſztelan Trocki w Xiąz. o Rycerz. na karcie 91.

participare Vobis contigerit.

Neq; verò de prærogativis nuper collati Veſtrûm honoris, quisquã ambigat, cùm has, easq; excellentes dari ,perſpectum ſit. Æquâſtis annos meritîs nobilibûs, aurea hinc libertas acta Veſtrûm coronat, cùm per acceſſionẽ Regiæ munificentiſſimæ Gratiæ EQUITES AURATI (ùt vulgus habet) creati, liberè ac licitè tenendi, poſſidendi, proq; libitu emendi, ac quovis titulo diſtrahendi Bona Hæreditaria Terreſtria, cum Succeſſoribus suis legitimè more aliorũ Nobilium Regni hujus, habiles & ido-

ktoren Xiążętá zá wiele poważáli, korzyſtáć Wam ſię doſtáło.

Ani záś pomyślić godzi ſię, żeby Wáſzemu niezbyt dawno użyczonemu honorowi ná doſtoyności zbywáło, bo tá że znákomitá ieſt, wiádomo. Zrownáliśćie látá záſługámi, złotá ztąd wolność ſzláchetne czyny Wáſze uwieńczá, kiedy przy zayśćiu nayſzczodrobliwſzey Łáſki J. K. Mci ná Rycerſką wynieſieni Godność, ſwobodnie i wolnie trzymániá, poſiádániá, podług woli kupowániá, i ſprzedáwániá Dobrá dziedziczne Ziemſkie, práwie z ſwoiemi náſtępcámi podług zwyczáiu innych Szláchty Krolewſtwá tego, ſpoſobnemi i zdolnemi, uczy-

idonei facti; (b) jus ad rem & in re habetis.

Sed illud mehercule partem maximam sortis Vestræ tenere videtur, quòd cùm,, honor major est in Honorante, quàm in honorato. (c) magìs attendere refert, Quis? quàm quid cuivé præstitit. Non enim amicus, non Civis, non Pater! sed Pater Patriæ, Protector Civium, Rector Gentis Rex Sapientissimus, honore illo, qui Vobis in applausum cedit, gratiosè Vos prosecutus est, qui licetsi minimus (quod dici ex præmissis nequit) foret! magnus tamen dici mereretur, quia à Re-

(b) Idem fol. 121. (c) Aristot.

uczynieni, práwo do rzeczy, i w rzeczy samey mácie.

Ale to záiste náywiększą cząstkę szczęściá wászego okázywáć zdáie się, że gdy, honor większy w udzieláiącym, iák w odbieráiącym iest; (c) bárdziey zwáżyć przynáleży, kto? iák co? i komu użyczył. Albowiem; nie Przyiáciel, nie Obywatel, nie Oyciec, ále Oyciec Oyczyzny, Obrońcá Obywátelow, Rządcá Páństwá Krol Naymędrszy, tym honorem, ktory Wam ná zászczyt idzie łáskáwie Was obdárzyć ráczył, ktory chociážby naymnieyszy (czego mowić się z wyráženiá wyższego nie godzi) był,

(b) Tenże na karcie. 121. (c) zdanie Arystotelesa.

Rege Clementissimo datus.

Parte veró ab altera non miremini EQUITES PRÆNOBILES quare hāc, quā pro loco in Collegio minori Universitatis nostræ obtinendo de officio Parentum & liberorum, dissertationem scripsi & compilavi, nulli cuipiam alteri, quàm Vobis dedicari placuit Res hæc per se evidens est. Equidem,, debemus in omni re considerare quid aptum sit & consētaneū tēpori ac personæ, (d) cm veró Patres ab honore Patres ab ætate, Patres à cura, quam

(d) Cicero.

był, przecięż z tąd wielkim názywáć by się zásłużył; że od Krolá Nayłáskáwszego dány.

Ácz z drugiey strony niechcieycie dziwic się KYCERZE SZLACHETNI dlá czego rozmowę tę, ktorą ná obięcie mieyscá w Domu mnieyszym Akádemii nászey o powinnościách Rodzicow i Synow pisáłem i zebráłem, nikomu innemu tylko Wám ofiárowáć poważyłem się. Rzecz tá przez się oczywista iest. Albowiem;,, powinniśmy ,, w káżdey okoliczności ,, zwáżáć, co przyzwoitego iest ták do czásu, iá- ,,ko do osoby, (d) gdy zás Jmię Oycow z honoru, z lat, z stárunku, ktory w ułátwieniu Miástá tego po-

(d) Rzymski Mowca Cycero.

quam in expediendis Urbis hujus negotiis geritis; Parentes quoq; liberîs dotati sitis, argumentum rei, quod circa officium Parentum & liberorum versatur, ut ex sepia typi sub Vestrûm nomine prodiret, proposui.

potrzeb ocaláiących dobro káżdego, mácie, Rodzicámi záś ktorym P. Bog Potomstwo zácne użyczył, iesteście, umyśliłem ułożenie rzeczy, przepisy powinności Rodzicow i Synow w sobie zámykáiące, z druku pod wászym ná świát wydáć Jmieniem.

Merita Vestra quæ & quanta sint? in illis recensendis prolixior neutiquam esse volo; quodlibet eorum laude dignum; at laudare Vos non audeo, ne Vestrûm offendam modestiam; antecedentia tantùm hæc honoris credat quilibet, necesse. Innuisse sufficiat quôd incolatis Urbem Caput

Zásługi wásze, ktore ják wielkie są? w tych wyliczániu szerzyć się nie chcę. Káżda z nich pochwáły godná, ále chwálić Was nie poważám się, ábym Wászey nie obráził skromności, tylko te że poprzedzáiące były honoru káżdy wnieść i trzymáć powinien. Dosyć mi iest námienić, że osiádácie w Mieście Stołecznym Krá-

Re- *ko-*

Regni, Coronatricem Regum Cracoviam, Patriam meam cariſſimā. Nec ſatis quòd Cives ſitis, quos olim Boleslaus Pudicus, ob defenſam ſtrenuê Arcem Vavelli, Jure Magdeburgico, certîsq; Privilegiîs & exemptionibûs, donaverat, (e) illud laude perexcelſa dignum, quòd Civibus legem Paternê comendatis, legem bene intelligitis, hanc fideliter exequimini, hanc religioſè conſervatis, hanc diligenter cuſtoditis, hanc ſtrenuê violari non ſinitis Et cùm primi & dici & eſſe mereamini, adeò quà humili-

(e) *Sapiech fol.* 115.

kowie, Oyczyźnie mnie náder ukocháney, áni doſyć że Obywátelami ieſteście, ktorych niegdyś Bolesław Wſtydliwy dlá obronionego mężnie Zámku Krákowſkiego Práwem Pruſkim i Przywileiámi pewnemi udárowáł; (e) *to pochwáły wyſokiey godne, że Práwo Obywátelom po Oycowſku zálecácie, práwo dobrze rozumiecie, to wiernie pełnicie, to pobożnie záchowuiecie,* t e g o *pilnie ſtrzeżecie,* t e g o *mężnie, gwáłcić nie pozwálácie. A gdy pierwſzeńſtwo między innemi záſłużyliście, ták dálece uniżonością i ludzkością innych przewyżſzácie, że gdy w ſercách wſzyſtkich mie-*

(e) Sapiech. ná Kárcie 115.

militate quà humanitate antecellitis, ut cùm in omnibus ardenter vivere percupiatis; in vobis omnes & ſinguli vivant.

At verò quô inter se affectu certetis, aliunde argumentum non quæro, cùm ipſe oculatus (ùt ajunt) teſtis ſum, vivitis plusquam Fratres germani, ut rectè dicatur de Vobis, quòd ſitis cor & anima una.

Hæc ergo duo cùm mihi plaudendi incentivo non gratis fuerint, munuſculum hoc argumentô rei non adeò infimum, pro dignitate Veſtra exiguum, pro

mieſzkáć gorąco prágniecie, w Was wſzyſcy powſzechnie żyią.

Ale o iák ściſłą między ſobą przyiáźń i miłość ſtáracie ſię, z kąd inąd nie biorę dowodu, gdy ſám świádek oczywiſty ieſtem. Zyiecie z ſobą życzyliwiey á więcey iák Bráciá rodzeni, że ſię to ſłuſznie mowić o Was náleży, że ieſteście ſerce i Duſzá *iedná.*

Te tedy dwie okoliczności kiedy mi pochopem do zápiſánia życzliwości á powinſzowániá godności, ſtáły ſię; podárek ten z ułożeniá rzeczy piſáney nie ták podły, podług Godno-

viribus mediocre, pro animo offerentis magnum, benevolentiâ, quâ alios, quâ me ipsũ toties prosecuti estis, suscipite.

„ Valete & Rempu-
„ blicam Vestram feli-
„ citer ac providè (ut assoletis.) regite: Vivite EQUITES PRÆNOBILES Patriæ in subsidium, & famam meritîs ultrò implete. Vivite Patres Civibus in commodũ, ut vobis totũ debeant, quod sorte tenent. Vivite Parentes liberis, ut liberi semper vivant in Vobis. Vivite insuper amicorũ expectationi, & cum illis dulces ho-

ści Wászey szczupły, podług sił moich pomierny, z serca ofiáruiącego wielki, przychylnością tą, ktorą ku innym, ktorą ku mnie potylekroć oświádczyliście, przyimiycie.

„ Niech Wam Bog Pán
„ Náywyższy szczęści á
„ Rzeczpospolitą Wászę
„ szczęśliwie i opátrznie (iáko zwykliście) rządzcie Zyicie RYCERZE SZLACHETNI Oyczyźnie ná pomoc, á sławę dálszemi zásługami nápełniáycie. Zyicie dlá dobrá Obywátelow, áżeby Wam to wszystko winni, w czym szczęściem korzystáią. Zyicie Rodzice dlá Synow, áżeby szczęśliwie w sławie Wászey żyli.

ras, Zyi-

ras, dies, annosq; agite. Et cùm Vos æviternùm vivere humana non patietur conditio; vivite Cœlo, DEI gratiâ, precor.

intimus & infimus

Author Opellæ.

Zyicie ná koniec dlá uprágnionego Przyiácioł oczekiwániá, á z niemi słodkich chwil, dni, godzin i lat używáycie. A gdy Wam żyć ná wieki, śmiertelności ludzkiey ustáwá nie pozwoli, żyicie w Niebie z Boskiey Łáski, życzę.

szczerożyczliwy, náyniższy sługâ

M. Andrzey Badurski.

QUÆ

IN NOMINE DOMINI AMEN.

QUÆSTIO OECONOMICA

U. Parentibus, quorum officium eſt providere quà naturali quà Civili Liberorum educationi; liberi quoquè honorem, amorem, auxilium, obedientiam, ex æquo in licitis, ac in illicitis præſtare debeant, nec ne?

CONCLUSIO I.

Parentum officium eſt educare liberos naturaliter, providendo bonis corporis.

COgitanti mihi ſuper primitiis rerum & ortu, tenera atq; hominis ætate, hoc ſingularius mente altiùs revolvendum ac ſummè admirandum obverſatur, quòd natura, inter cætera, quæ mundus conſervat viventia, multò excellentiorem aliîs Creaturîs hominem, Divinæ particulam auræ, corpore æquè ac mente conſtantem, in providenda ac conſervanda vita eò infimiorî locô poſuerit, ut poſt fletum quem luce aſpecta emittimus, ni Maternîs uberibûs ablactemur, Parentumq; ſolicitudine foveamur, deficere viribûs, vitæq; ipſius uſurâ privari ſit neceſſe.

 Equi-

Equidem parte ab una quanta ſit excellentia hominis nemo non videt, cui prioritas jure tribuitur, cùm ejus cau-
„ ſâ cuncta animalia videtur genuiſſe natura; parte verò
„ ab altera quis eſt, qui rationabiliter non dubitet, hæcce natura „ an melior homini, an triſtior noverca fuerit. (a)
„ Ante omnia unum animantium cunctorum (hominem
„ nempe) alienîs velat opibûs, cæteris variè tegumenta
„ tribuit, teſtas, cortices, coria, ſpinas, pilos, plumam,
„ pennas, ſquammas, vellera; Truncos etiam arboreſq;
„ cortice interdum gemino à frigoribus tutata eſt; ho-
„ minem tantùm nudũ & in nuda humo natali die abjicit ad
„ vagitum ſtatim & ploratum. Qui uſum (b) veſtimen-
„ torum adinvenit, conſideravit quòd ſingula quæq;
„ naſcentium propria quædam habent mumimenta, qui-
„ bûs naturam ſuam ab incommodis defendant; cor-
„ tex ambit arborem, penna tegit volucrem, piſcem
„ ſquamma operit, lana ovem induit, pilus jumenta &
„ feras veſtit, concha teſtudinem excipit, ebur elephan-
„ tem jacula non timere facit: - - - ſolus homo inermis
„ naſcitur & nudus. Quippe re vera „ nemo tam inops
„ tam (c) nudus, quàm homo à partu ſtatim conſpectus.
„ Quod ſi nudum non veſtire (d) crudele eſt; quis in-
„ fante recèns natô nudior? ſi neceſſitatibus pauperum non
„ ſuccurrere inhumanum eſt; quid infante recèns natô,
„ qui nec Matris officia implorare poteſt, miſerius? ſi dam-
„ num ærumnoſo cuipiam inferre, qui loqui neſcit, cru-
„ dele eſt; quid infante ærumnoſius? qui nec queri, imò
„ nec loqui poteſt. Precum locô eſt (e) precari non poſſe.
„ genus rogandi eſt (f) rogare non poſſe, tacet (g) ſtre-
pitu·

(a) *Plinio hiſt. nat. lib. 7.* (b) *Hugo in didasc; lib. 1mô.* (c) *Plutarch le amor. prol.* (d) *horolog. Principum Lib. 2. Cap. 23* (e) *Fab. declam 5.* (f) *Sen. 10. controv. 4.* (g) *D. Aug. 2. dulcil. 12.*

A

„ pitu clamat affectu. Sed quorſum hæc? ut oſtendam quòd cùm antecedenter „ naturæ opus eſt (h) alimen- „ tum genito præbere, ac conſequenter miſeram illam nuditatem veſtire; præ cæteris, quibûs allaborant in vita homines occupationibus, illam primam ac ſummè neceſſariam exiſtimari; ut qui munere Parentum ſanctiſſimo funguntur, liberorum ſuorum bonis corporis ſemper, in infantia præſertim quá poſſunt proſpiciant. „ Infans enim „ ob id ipſum miſerabilis eſt, quia nondum ſentit calami- „ tatem ad ipſum redundantem. (i) Et quia nec pueritia nec adoleſcentia adeò inſtitutæ, quin conſervatore ſui indigeant, in hac præſtanda liberis ſuis ſemper educatione naturali, vel ut aliis eam nominare lubet corporali, officium Parentum eſſe, niſi defectus ac paupertas, *nemo enim dat quod non habet*, excuſet; (quæ tamen ſupplere tenetur (l) Avus Paternus vel alii aſcendentes, & horum in defectu Avus aliiq; aſcendentes Materni) neminem huic niſi fortè rationis penitus deſtituatur lumine, inficias iturum arbitror. Equidem; cùm perſpectum cuivis ſit, quòd *dans eſſe, dat & conſequentia ad eſſe, tum ad eſſe, ſequatur conſervari*, quis rectè non inferet, Parentes, qui liberis, quos genuerunt, dederunt eſſe, teneri dare conſequentia ad eſſe, cùm præterea, quòd natura in cunctis viventibus; amor, pietas & ratio in humanis, & fortiùs urget & exigit. Namq; ſi bruta ſpectemus, quem non amorem in conſervatione, ſolicitudinem in nutritione, timorem in educatione conſpicimus. Exempli gratiâ videamus Pelicanum rimantem roſtrô transfixum pectus acutô, ſangvine ſic pullos vivificare ſuos; videamus qua ſolicitudine Ci-

(h) *Ariſt. 1. Pol. 10.* (i) *Curt. lib. 4.* (l) *ex cit l. ſi quis à liberis 5. ff de agnoſcend. & alendis liberis. § Virum autem. & authent. ſi Pater, Cod. de divortio in fine. Vid. dict. verb. Filius n. 132.*

conia pullos enutriat, ut etiam cum portentosissimo serpente agere non reformidaverit, videamus ùt palumbes sæviente frigore nidificans & partum excludens, sibi plumas haud gravatur evellere ut parvuli molliùs cubent, quô fit ut ipsa Mater gelu contabescat persæpe. Prætereo cætera, quæ materiæ huic accomoda, nequaquam literîs hîs cemprehenderentur, cùm omnia animalia in educatione prolis, majori ac majori videntur amoris genere certare, illud præterire non possum, quòd „ laborem bestiarum in educatio„ ne cùm cernimus, (m) naturæ ipsius vocem videmus „audire, cùm (n) bestiæ specula sint naturæ; ac insuper cùm à natura amor, ab amore solertia proficiscatur, superest: ut in providendo vitæ liberorum bonisq; corporis, discant Parentes amorem à similis, administrationem à formicis, tractabilitatem à tygridibus, commiserationem à palumbis, alia ab aliis, & quòd scopus argumenti est; homines Cæleste illud animal cùm simus, Divinæ in terris Providentiæ quandam repræsentantes imaginem, præclara deniq; quadam conditione generati; quos Parentum locô Omnipotens Dominus esse voluit, hi liberos suos vestire quò ad corpus, nutrire (o) quò ad conservandam vitam ex officio tenentur, atq; strictissimo jure obligantur.

COROLLARIUM Imum.

PArens communis vocis significationem retinere videtur, per quam non modò Patrem & Matrem (ùt vulgus habet) sed etiam, Avum, Proavum, Aviam, Proaviam intel-

(m) *Cic: fini* 3. (n) *idem de fin:* 2. (o) *l. si quis à liberis* 5. *ff. de agnoscendis & alendis liberis. Unusquisq:* 2. *cod de infantibus expositis.*

intelligi debere (a) Classici voluere Authores, cùm insuper Cajus Jurisconsultus censet omnes Superiores Parentis appellatione contineri, nec mirum, cùm & terra omnium rerum dicatur Parens non ex eo tantùm quòd omnia produxerit, sed quòd omnia eousq; conservat. Verùmenimverò duo sunt, ex quibus rei istius fundamentum petitur, primum vox illa Parens veniens à *pareo parens* idest (si per *translationem*) faciens parere; quod omnes, qui sub jurisdictione sunt, attinet; videlicet superiorum omnium dispositioni & mandatis parendum esse; vel: quòd omnes Superiores, Præceptores & Benefactores suæ jurisdictioni subiectis provideant necessaria ad rectè instituendam vitam, Parentum locô habendi, quod ipsum proverbium significare videtur: non ubi nascaris, sed ubi pascaris refert. Alterum vox illa veniens a *pario paris pariens* elegantiꝰ Parens quod proprium fæminarum est, hac tamen voce Parens, Pater & Mater singulariter ab omnibus appellantur, respectivè ad generationẽ activã & passivã prolis. Etiam Pater Nomen religionis plerumq; denotat, unde Dii omnes Patres vocabantur. Romulus quoq; centum Senatores elegit, quos Patres ab honore, sive ætate sive Cura, quam habere in rebus publicis expediendis oportebat, vocavit. Quæstio tamen præsens de officio Parentum exposita, vocem *Parens* pro Matre & Patre prolificantibus sumi debere intendit; *Officium* vero, quod definitur: est actꝰ congruus cujusq; personæ, vel aliter & clariùs. *officium* est, quod quisq; efficere debet pro suæ conditionis & personæ ratione, in quo animadvertere debet quid loco conveniat, quid tempori, quid rerum aut personarum dignitati; sumitur pro *conditione sine qua non*, aliàs nisi

(a) *l. cùm oportet 6. Cod. de bonis qui liberis in potestate &c.*

nisi Parentes ex officio, quod amor, pietas & natura insti tuit, prolem suam nutriant & conservent; hanc brevi vitâ privari, sequitur.

COROLLARIUM 2dum.

B*Ona Corporis spectant ab naturalem educationem.* Quàm multîs homo indigere videtur, tam multa tamq; varia ad felicitatem ejus instituta esse bona, manifestum est. „ Bonorum appellatio aut naturalis aut Civilis est, „ *Bona* ex *naturali significatione* omnia comprehendunt, quæ „ prosunt, *ex civili* ad facultates tantùm referuntur. Tria „ sunt bonorum genera, maxima *animi*, secunda *Corporis* „ (de quibus hac in parte agendum est, 3tia *externa* (a) Et omissîs illîs *bonîs corporis* quæ in comparanda Eloquentia vim quamdam habere videntur, atq; à natura prosiciscuntur, ut sunt: firma valetudo, vox pulchra, svavis clara & sonora, lingva expedita, robusta, latera, faciles ad respirandum pulmones, vultûs & omnium membrorum debita compositio; de illis *bonis corporis* quæ ad conservandam vitam attinent, & ab *educatione naturali* petuntur, dicendum venit. Quippe educatio, quæ nil aliud est in communi, quàm nutritio, institutio, informaatio, dicente Cicerone „ in bestiis quoq; laborem educationis cernimus, venit à verbo educo quod modò est primæ modò tertiæ conjugationis ùt „ eduxi (b) à parvulo, & Varro ajt „ educit obstetrix, educat nutrix, (c) unde liberorum eductio vel educatio dicitur. Dividitur educatio multipliciter, primò in *naturalem* quæ spectat ad victum

(a) *Cic. 3. Tusc:* (b) *Terrentiùs in Adria* (c) *apud Nonium Cap. 5.*

ctum ac vestitum & de hac in præsenti, 2do in *Civilem* quæ pertinet ad exercitationem corporis & animi de qua Conclusione 2da dicendum superest. Præterea *educatio Civilis* dividitur in Gymnasticam & literariam, in publicam & privatam. *Gymnastica* quæ spectat ad exercitationem corporis in equitando, venando, pugnando, & aliis *Literaria* quæ continet virtutes & scientias, *publica* quæ foris, *privata* quæ domi exercetur. Et quoniam bonum corporis est in omnibus nempe viventibus nutritio, in homine præterea & cooperitio, educatio verò naturalis singulariter circa hæc versatur; bona corporis, nutritionē & vestitum ad educationem naturalem referri, manifestum est.

COROLLARIUM 3tium.

M*Atres proprio ubere lactare debent liberos.*

Ubi liberi nati fuerint, plurimum refert ad corporis robur existimandum esse nutrimentum ,, cibus enim naturam conservat, (a) eaq; usq; ad eum finem est, dum alatur. Si ,, alimentum non capiant tàm animalia quàm stirpes, in- ,, tereunt. (b) Nutrimentum, quod plurimum momenti habet ad corporis vires, illud præ cæteris lactis ejusq; copiosi esse declaratur, hinc Galenum constat præcepisse, infantes solo lacte nutriendos donec primores dentes prodierint. Verùmenimverò ,, naturaliter à Matre (c) cunctis alimentum suppeditatur. cùm ,, easdem fere (d) & ,, nutrices & Matres esse meliùs. Filius casta Matre na- ,, tus non in cella emptæ nutricis (e) sed in gremio ac ,, sinu Matris educetur, alienæ enim educationis benefi- ,, cium,

(a) *Arist. l. 2. de. anim. tex. 47.* (b) *Idem lib. de diuturnitate cap.* 2 (c) *Arist.* 10. *Contr:* 2. (d) *Varro de rust.* 2. 10. (e) *Fab. de Orat: dial:*

„cinm, quid alīud eſt, (f) quàm Parentum ipſorum „ condemnatio. Monſtri ſimile eſt infantem ex intimis Ma„ tris natum viſceribus (g) mulieribus peregrinis lactan„ dum atq́, educandum dari; fœmina (h) ubera admo„ veat infanti, Matremq́; ſe gerat neceſſe. Quis enim non „ videt „ ſemper & lac & ſpiritum Maternum (l) longè „ magis ingenii atq́; incrementa corporis augere; è con„ tra: in moribus inoleſcendis (l) magnam fere partem „ nutricis ingenium & naturam lactis tenere; evenjt (m) „ ut alumni ex nutricibus imitentur mores. Non eſt ſat „ cura generandi niſi (n) ſuppetiat efficacia nutriendi, „ cumq́; ex altera parte (o) mulier pariendo, ex altera „ nutriendo Mater fiat; perfecta Mater vocanda eſt, „ quæ filium & parit & uberum ſuorum lacte alit. Rectè hinc Philoſophus (p)„ officium Matris nutrire, Patris „ inſtituere, aſſerit; nec aliter nutrire niſi per ſe, cùm enim natura dat medium ſufficiens & neceſſarium ad lactandos per ſe liberos nempe lac; intendit, ut Matres per ſe ipſas eoſdem lactent. Perpendamus ſubtiliùs, nonne aqua perſe nutrit quæ genuit; nullum etiam plantarum genus in terra naſcitur, quôd ſucco ſuô eadem terra non alat; nec ullum animantis genus eſt tam efferum, quod per ſe fætus ſuos non nutriat. Jllud procertò materiæ huic accomodum, quantumvis non filiô dignum reſponſum Matri, eſſe videtur. Namq́; cùm Mater quædam exprobraret filio (q) quòd ab illo malè haberetur, cùm tamen Mater eſſet; filius illudens, cùm me concepiſti (inquit) voluptatem non me quærebas, cum tuliſti uterô & genuiſti;

non

(f) *Philo de ſpecial. ll.* (g) *horol. Princ:* (h) *Flor: l. cap. .1* (i) *Colu-mell. l. 7. cap. 12.* (l) *Macrob. 5. ſatyr. 11.* (m) *Sylv. hiſt. Bochem. C. 14,* (n) *Ambros. Luc. 21.* (o) *Horol. Princ: L. 2. c. 23.* (p) *Ariſt. Onom. 1 3.* (q) *Cordies apud & Lochner.*

non potuisti naturæ cursum impedire; at officium, quod erat proprium Matris, lactare scilicet uberibûs, mihi negâsti. Quippe illud attinet, ne imperfectæ & dimidiatæ sint Matres, cùm quantumvis nutrix perfecta eligeretur, hoc tamen saltim ut plurimum noceret infanti, qui non potest alienô succô sine quadam violentia aut mutatione violentæ asvescere, * exigit enim liquorem cognatum ei, quem hausit in corpore, unde còáluit. Hinc venit; quòd triticum in aliud solum jactum, degenerat in siliginem, vitis in alium collem translata, mutat genium; plantula revulsa à parente terra flavescit, ac sæpe emoritur. Unde nisi forte impedimentum excuset, liberos à Matre sua lactari; necesse est.

COROLLARIUM 4tum

Parentes moderatè amare, ùt & punire debent liberos.

Cùm *dilectionis adinvicem* monitum habeamus à Domino; eò magis ab Authore atq; „ à natura ipsa impellimur, ut „ eos, quos genuimus, diligamus. (a) Liberis enim nihil est „ carius humano generi, (b) liberos cuiq; suos natura ca„ rissimos esse voluit, (c) cùm „ & feræ amant suos filios, „ amant filios suos aspides, amant filios tygrides, amant „ filios leones, nulla enim bestia est, quæ filiis suis non ad„ murmuret, ergo Pater, qui non amat filios suos, etiam „ bestiîs pejor est. (d) Quia tamen omne superfluum

 etiam

(a) *Cic: fin. 3.* (b) *Livius.* (c) *Tacitus in Agr:* (d) *S. Aug: serm: 1. fer. 4. post domin: septuag:* * *Gverin. in Oecon:*

etiam virtutis obfuſcat ſplendorem, *omne q; nimium vertitur in vitium*, dicendum eſt, quòd omnem artis præſtantiam „conſervat mediocritas. (e) Namq; „ quod modicum eſt, „ id bonum; nam quod majus eſt quàm opporteat, id ma- „ lum eſt. (f) Mediocritas ad omnem uſum cultumq; vi- „ tæ referenda eſt, in omnibus rebus mediocritas optima (g) Quippe nemo non videt quantum cæcus ille eſt immoderatus amor in filios, ſemper obeſt. Blandus amor Patrum, Matrumq; domeſtica cura, Corrumpit natos, quos genuere bonos. (h) Congruum eſt amare liberos ſed moderatè, eſſe illis affabiles, ſed inter cancellos modeſtiæ, imò excellenter quoq; poſſe amare, ſed inter arcana cordis. ¡Cur ita? pateticus amor licentiam, licentia familiaritatem, *familiaritas contemptum parit*. Et quia, quod ſecundum punctum attinet, *à natura quivis pronus eſt ad malum*, „ „ pueros præmaturîs vitiîs imbui non opportet. (i) cùm, „ „ ni malum naſcens cohibeatur, creſcit in immenſam ma- „ gnitudinem. (l) Jgitur „ ſic inter utrumq; regendus „ puer, ut modò frenîs utamur, modò ſtimulîs; (m) ſemper „ delictorum impunitas homines audaciores reddit „ ad malum, (n) hinc „ Pater qui parcit virgæ, odit filium „ ſuum (o) Verùmenimverò: quòd de immoderato amore dictum, hoc quoq; de nimia caſtigatione, dicendum venit. Deſperare facit, qui nunquam parcit, imò rebellare facit, qui ſemper ferit. Delicta ex æquo punire juſtitiæ eſt, at modum non ſervare, furoris. Quemadmodum in amore, ita in caſtigatione ſemper & modus & ratio ſervanda; „ boni „ namq; paſtoris eſt, tondere corpus non deglubere. (p)

„ Et

(e) *Ariſt. l. 2. Eth. c. 6.* (f) *idem l. 1. Rhet. ad Theod. c. 6.* (g) *Cic. l. 1. Offic.* (h) *Reuſn. in Embl.* (i) *Lactan. 6. 20.* (l) *Phil. de decal.* (m) *Sen. ira 2. 21.* (n) *idem.* (o) *S. Anton. part. 4.* (p) *Svetonius in Tiber.*

„Et quòd pœnæ leves non possunt refrenare juventutis insaniam, (q) fateor; si jam adeo dissolutam crediderimus, ut in præceps ruere videatur, at aspirantem ad insolentes delicias, verbîs non modò verberibus mitigari posse; experientiâ habetur: & quòd summa rei, Parentes amare debere liberos sed moderatè, punire sed non excessivè.

COROLLARIUM 5tum.

Parentes non debent molliter educare liberos.

QUantùm boni confert corpori educatio naturalis, superiora argumenta testari arbitror, sed quòd longè plùs mali à delicata proficiscatur; intelligere omnes cupio. Atq; tria sunt præ cæteris, quæ mollitiem in educatione oppugnant. Alterum voluptas illa corpori familiaris, otio amica, ferendis laboribus infensa, quæ eò majoribus vitiis impellit, quò magis grandescit. Et cùm „ primi anni non in „ luxuria sed in opere & in laboribus agendi sunt, (a) „ „ indulgentia nervos & mentis & corporis frangit. Alterum eventus ille & finis, ut ita dicam, miserabilis; cùm fieri nequit, ut delicatas mentes non enervet longa felicitas, mirum quoq; non est, quòd „ delicatus adolescens splendîdîs „ præsertim opibûs, vel ex ætate mores, vel ex fortuna tra- „ hat. (b) Alterum; crebræ illæ corporis afflictiones; cùm „ „ sicut vermiculi faciliùs in molli ligno nascuntur quàm præ- „ duro, sic dolores homines molliores faciliùs invadunt, „ quàm robustiores, (c) re vera, delicata educatio maxima „ pernicies est. (d) Ne verò sub umbra hæc latere quis-

(q) *Dionisius. lib. 2.* (a) *Fab. l. 3.* (b) *idē declam: 5.* (c) *Max: monach. serm. 28.* (d) *Plato 7. de ll.*

quis ambigat; placet referre veterum sensus in instituenda liberorũ educatione, atq; *imo* molliter nutrire, ex quo delicatiores liberi essent, quàm ut pòst possent munia publica & præcipuè bellica obire, improbatum est. *2do:* ne à fletu impediantur, cùm fletus teste Philosopho: (e) inservit ad augmentum & exercitationem, ad augmentum quidem: eò quòd inservit ad dilatationem & thoracis & præcordiorum, ad exercitationem verò eò, quòd inserviat ad caloris excitationem, ventilationem pulmonum, & fuliginum dissipationem. *3tio:* ut pueri asvefiant ad frigora, hoc enim maximè utile & ad sanitatem & ad actiones bellicas, quem morem barbaricæ servabant gentes, alibi in fluvium frigidum immittendo, alibi amictu exili vestiendo. Habitus verò puerilis cùm idoneus naturaliter sit ut ad frigus exerceatur propter ætatem, hinc 1ma ætate conducit istam suscipi curam huicq; similem. Quæ est autem hujus consequens ætas ad annum usq; 5. cũ neq; ulli disciplinæ sit adhibenda neq; laborum necessitudine gravanda; ne incrementum impediatur; ei tantum motionis debet contingere, ut effugiat desidiam corporum. Et quod ad extremum ex. lib. 2. legum Platonicarum petitur, hæc est legis expositæ summa, non gustare vinum debere pueros ad annum 18. eò quòd ignis non sit derivandus ad ignem tam in corpore quàm in animo, & in super propter morbos ex nimio calore provenientes.

CONCLUSIO II.

Parentum officium est educare liberos Civiliter, providendo bonis animi.

Cùm

(e) *Arist: in Oecor,*

Cùm de officio, quomodo se habeat ex parte Parentum in præstanda liberis suis educatione, jam satis dictum fuisse Corollario 1mô Conclus: 1mæ perspectum cuivis sit; hoc loci, quæ ad institutionem civilem, exercitationem nempe corporis & animi præstare debent, quamq; utilis ac summè necessaria sit ejusmodi educatio, dicendum venit. Atq. præ primis differerdo omnia studia, literarum aperiendos ludos, mores & actiones exercendas; cultum Religionis menti puerili fortiter imprimendum esse censeo. Et quidem de Religione rectè primò agitur, cùm hanc primã esse opporteat in institutione; mandat siquidem DEUS Parentibus ut non solùm ipsi audiant sermones suos, verùm etiam doceant filios ac nepotes. (a) Et cùm „ finis „ vitæ nostræ is primarius est, ad quem colimandum, DEI „ cultus & honos, (b) & „ Reipublicæ fundamentum „ ac propugnaculum Religio, (c) & „ omnium virtu„ um fons, (d) „ neq; sine DEO mens esse ulla bona po„ test; (e) DEUM non minoris est sceleris ignorare, quàm „ lædere. (f) Omnes Religione moventur, & DEOS „ Patrios quos à Majoribus acceperunt colendos sibi dili„ genter & retinendos arbitrantur. (g) Et hæc causa videtur movisse Romanos ut Optimatum filios ad Hetruri-os mitterent, ut auguralem perdiscerent scientiam, pòst Rempublicam capesserent; (h) impulisse Gallos, ut filios suos opera Druidarum vellent primò Religionem, pòst politiam discere. (i) Ea propter providere debent Parentes Christiani ut liberi sui ad Divinum Cultum maturè asvescant; quod ut faciliùs præstet Paterfamilias debet exemplô suis liberis prælucere, vix enim possunt virtutem colere liberi, qui Parentes vitiis indulgere ipsi animadvertunt.

(a) *Deuteronom:* 4. (b) *Plato* 4, *de leg.* (c) *idem de Rep*, 4. (d) *Cic.* 2. *de leg. & pro Plancio* (e) *Sen. epist.* 41. (f) *Minut.* (g) *Cic. in Verrem.* (h) *Valer. Maxim l.* 1. *c.* 1. (i) *Cæsar. in Comment. bel. Gal.* l.6.

vertunt. Sed quemadmodum Religio necessaria est, ita opportet cum bonis, tum honestis moribus & disciplinis mentem imbuere; atq; studia cedere debere moribus, quæ non nos mundo tantùm, sed etiam cælo amabiles reddunt. Et licersi non defuerint qui è medio nostrûm virtutem tollere, atq; ingenuos mores convitiari, ausi & ultro conati sunt, afferendo alios propter sapientiam virtutibûs, alios propter virtutes Sapientiâ destitutos fuisse. Atq; hos inter, qui sapientiâ excellentes ad Civiles obeundas functiones inepti facti sunt, referentes Socratem derisum cùm tribus suæ suffragia numerare non potuit; (l) Claudium Imperatorem, Michäelem Parapinaccium, aliosq; plurimos Imperatores doctos quidem, sed interim ad gubernacula Reipublicæ ineptos; (m) alios verè improbos ac malos, alios verò etiam tyrannos factos fuisse, ut Critiam Pythagoram, Calippum, Tiberium, & alios, (n) alios sibi ipsis modicum consuluisse, & hinc ad miseriam & paupertatem devenisse, eundem, ipsum Socratem, Diogenem, Massurium, Sabinum, multosq; alios; (o) cæteros antiquitatis studium & simplicitatem quamdam præsetulisse in vestitu sermone victu & aliis, quemadmodum Cato minor prætor, qui sæpe solitus fuit sine calceis & tunica pro tribunali jus dicere; (p) alios adextremum propter morum honestatem, simpliciter doctrinæ neglexisse studium. Verùmenimverò cùm multò plura pro moribus & doctrina, quæ in adolescentia statim elucere, atq; juvenilem cohonestare ætatem debent, militant; sic educatio instituenda ut bona in Republica, Civium liberi boni fiant, & maturè fiant. „ Sicut enim hyemi per æstatem & sereni- „ tatē hujus necessaria parari possunt, ita boni mores in ju- „ ventute sunt comparandi & ita quærendum viaticum ad se-

nectu-

(l) *Plato. in Gorgia.* (m) *Cuspinian. & Joan. Magno lib. 10.* (n) *Athenæg l. 11. cap. ult.* (o) *Laert. in vit. Philos. l. 6.* (p) *Plutarchg in vita ejus.*

nectutem. (q) In consessu & conversationibus pariter se habent malè morati ut vinum austerum, quod neutiquam potioni accomodatum. „ Mores mali etiam Reipublicæ „ nocent, quando quidem disciplina Majorum Rempubli- „ cam tenet, quæ cùm dilabitur, & nomen & imperium „ amittitur. (r) Atq; ideo primò mores, postea sapien- „ tia discenda; nam „ cùm mores doctrinæ non respondent, „ idem est acsi cænoso puteo purissimam aquam quis in- „ fundat, ubi cænum simul & aquæ puritas contaminan- „ tur. (s) Neq; prodest foris esse strenuum, si domi ma- „ lè vivatur, nec stabilem habebunt sedem parta bona, e- „ tiamsi Cælum æquent: si verecundia absit, & domi non „ constiterit officium. (t) Et cùm „ Majores nostri quæsti „ sunt, nos querimur, eversos esse mores, regnare nequi- „ tiam, res humanas in deterius & omne nefas labi, ut cor- „ rectionem res requirat, necesse. (u) Præter eo Romanos, Athenienses, Carthag nenses. Spartbanos, qui vel ideo non modicum sibi existimationis, concillârunt in Mundo, quòd severos morũ Censores, Inspectores & Compositores ad optimè instituendam Rempublicam habuerint; ut præter pro visionem Parentum sub Magistratu horum discrimen honesti & turpis foret. Ab urbanitate & recto quidem ordine procedendum est ad studia, „ animi enim cultus quasi „ quidam humanitatis cibus est, (x) & nisi adsit opti- „ mæ institutionis cura, ad nullum usum accomodos ju- „ venes evadere, experientiâ docemur. Qui operibûs, o- „ pibûs, familiâ, aliisq; excellunt, interim sunt indocti, „ statuis sunt similes, quæ foris præseferunt honestam speciem, „ intus plumbô, bitumine, arenearum telîs plenæ sunt. (y) „ Pro quàm „ ad vitam sustendandam & instituendam re-

„ ctè,

(q) *idem de educat. liberorum.* (r) *Aelius Lampridius in Severo.* (s) *Lysides Pythagoric:* (t) *Val. max. l. 2. cap. 9.* (u) *Sen. l. 1. de ben. cap.* 10. 9. (x) *Cic. fin. l. 5.* (y) *Plutarch. ad Prin. indoctũ.*

„ ctè, literæ prosunt plurimum, (z) tum ad res benè gerendas doctrina valet! (aa) si literæ, veram & immortalem gloriam pariunt; (bb) quid felicius? quid perennius? quid literis præstantius? „ utq; ager si non colatur, non solùm infrugiferus manet, verùm etiam multa „ sylvestria producit, ita adolescens rationis capax, nisi „ præceptis honestis instituatur, non solùm non evadet „ bonus, sed ad multa vitia deflectet. (cc) Hinc est; „ quòd cùm & Dominus Omnipotens qui filios elargitus est Parentibus, & Respublica, & pietas Christiana, bonam & rectam filiorum institutionem efflagitent, atq; DEUS ad servitium, Respublica ad sui commodum, Familia ad ornamentum, cùm „ fieri nequeat ut malè moratus evadat puer, qui disciplinâ severâ probè educatus fuit; (dd) Parentes, qui unum quòd genuerunt, præstârunt illudq; minus; ut præstent alterum quòd majus, civilē nempe educationem, necesse.

COROLLARIUM Imum.

Liberi exercendi sunt in artibus præsertim in Eloquentia Jurisprudentia, Philosophia & Historia.

OMnes à natura intendere ad studia, atq; scire velle; nemo ignorat, cùm ex se ipso luculenter cognoscere, atq; mensuram sumere potest. Et si nihil in Mundo datur, quod non sit bonum, ita nulla est præsertim ars vel scientia, ad quam si quis contendat? ei non prosit. Sed ex aliis studiis quæ adolescentiam alunt, senectutem oblectant, res secundas ornant, adversis præsidium ferunt, (a) studi-

(z) *idem in Coriolano.* (aa) *Arist. 7. Pol. c. 5.* (bb) *Plato 6. de Rep.* (cc) *Plutarch. in moral.* (dd) *Horol. Princ.*

(a) studium eloquentiæ, quod in Republica, plurimum momenti habet, quærendum existimo. Namq; sentimentô Ciceronis, (b) „ Eloquentia (quæ nihil est, nisi copiose loquens Sapientia (c) Principibus maximo ornamento est; imó ut hominis decus ingenium, sic ingenii ipsius lumen est eloquentia. (d) Procerto: pretiosissimum thesaurum in eloquentia natura reposuit, ut nonnunquam plusquàm aurum possit, nonnunquam saxea etiam, ut ita loquar, emoliat corda; quæ apud superiores existimationem, apud inferiores reverentiam, inter amicos honorem, apud inimicos gratiam, in prosperis ornamentum, in adversis præsidium sibi conciliat. Spiritum rectè DEI dixerim eloquentiam, quæ ubi vult, flat; quò verò vertitur, semper animat. Hinc est, quòd „ multi Regum „ diademata, Imperatorumq; sceptra adepti sunt, non tam „ victoriis bellô partis, aut sangvinis, quô orti erant, claritate; „ quàm Sapientia & eloquentiâ, quâ fuerunt ornati. (e) Quodsi vivere in Patria & originem, vicissitudines tum alia quæq; ignorare haud quidquam deterius est, esse civem & rerum Patriarum expertem, vel plura de alienis quàm de suis nôsse vitio est; sequitur ut Historia Regni sui diligentissimè perdiscatur, pòst demum ad cognitionem exterorum descendere confert. Et, cùm „ altiùs præcepta ascendunt, quæ teneris imprimuntur ætatibus; his in juventute vacare proficuum est, atq; ut unum ex alio faciliùs inferatur, principium rerum fortiùs investigetur, Philosophia, quæ rerum naturalium scientia dicitur, non postponenda est. Si enim felicitatem Regnorum spectaverimus, vetus est & apud omnes acceptatissimum, felix esse

C illud

(a) *Cic.* (b) *idem fin.* 4. (c) *idem partit. Orat.* (d) *idem in bruto.* (e) *horol Princ. l.* 2. *c.* 30.

illud Regnum, ubi aut Philosophi regnant, aut Reges philosophantur: Namq; „ DEI est munus quòd vivimus, Phi-
„ losophiæ quòd bene vivimus. * Est hæc Philosophiæ &
„ quidem pulcherrima pars, agere negotium publicum,
„ quæq; Philosophi docent, in usu habere. (f) Hinc a-
„ pud Athenienses lex pervetus servabatur; Senatum bel-
„ lum suscipere fas neutiquam esto, nisi justum injustum
„ ve sit? priùs à Philosophis ponderetur. (g) Post Philosophiam partem sibi de felicitate vendicat Jurisprudentia, quæ & bono publico, & provisioni particulari cujusq; & usibus Magistratuum proficua est. Namq; nisi sit qui leges sanciat, sit qui conservet, & quòd cardo rei: sit qui intelligat atq; ut in se sunt interpretetur, debere dari & eos, qui illis obtemperent, manifestum est, ex quo Boni publici pax alma, concordia civium proficiscitur.

COROLLARIUM 2dum.

Liberi exercendi sunt in Arte militari & idiomatum notitia.

SIc apud Principes ratio pacis habenda, ne simpliciter arma belli quieti & oblivioni trandenda permittant; neq; enim cælo credendum sereno, quod cùm radiis solis mundum illustrat, sæpe fulgura inopinatè jacit. Sic in pace se gerat Princeps necesse, ut florente pace necessaria belli; bellô verò exortô necessaria paci provideat. Imò verò pacem quoad potest conservet, non tamen ei confidat, cùm ita comparatum est naturâ, ut unum contra-

(f) *Plin. 1. epist.* 10. (g) *horol. Prin. L. 2. c. 31. ad fin. capitis.* * *Sen. epist.* 90,

contrariorum sine altero, non inquam stare, sed ne quidem diu esse possit. Ad hæc refert; ut quàm primum, juvenes, qui ab juvando Rempublicam dicti sunt, in arte militari exerceantur, quâ instructi, obsequenter Principibus pareant; inimicis, si qua occasio data fuerit maturè imperent. „ Non parva aut levis est ars armorum, (a) quibûs Ecclesiæ bonum tuetur, Patriæ integritas stabilitur, civium fortuna salvatur, cùm„ is usus militiæ ordinatæ est, tueri Ecclesiam, perfidiam impugnare, Sacerdotium venerari, pauperum propulsare injurias, pacare Provinciam, pro Fratribus fundere sangvinem, & si opus est ponere vitam. (b) Nec mirum; quòd qui „ nunquam armorum strepitum novit, „ primus in fuga „ postremus sit in prælio, (c)„ requirit enim pugna validas manus. (d) Cùm verò, quæ in juventute videntur faciliùs percipiuntur & firmiùs retinentur, animus ad ausus heroicos æmulatione accenditur, virium robur augetur; otiari in pace nefas juvenes, qui per exercitationem corporis bono usui quandoq; in bello esse possent. Post hanc non in utiliter studium lingvarum sequitur, quòd licetsi tanquam seminarium hæresium & errorum, unde Ecclesiæ damnum proficiscitur; sed etiam factionum proditionum, unde jactura Reipublicæ sequitur, pleriq; impugnant; verumtamen non ex lingvarum delectu, sed ex perversitate subjecti hæreses & proditiones venire facilè quisq; intelligit. Imó verò cùm plures sectæ ex libera verborum interpretatione aut permutatione, etiam in vernacula cujusquam lingva proveniant, peritiam lingvarum, ad fontes ipsos lingvæ vel Authores bonos confugiendi

(a) *Veget. de re milit. c. 4, l. 1.* (b) *Saresb. 6. 8.* (c) *Justin. l. 2.* (d) *Cassiod. 4. 22*

endi dari, ut proficuum ne fallant, ità necessarium, ne assurgant. Atq; parte ab altera cùm & bonum publicum ad obeunda publica munia legationes &c. lingvarum usum efflagitat, & communio ad quam homo animal natus (e) persvadet, existimatio & gratia quæ ab illo proficiscuntur non postponenda; insuper: (f) donum lingvarum insigne & Spiritus SSmi donum neutiquam contemnendũ est; sint, qui in studio lingvarũ proficiant, nec tamen finem in malum discant; profuturũ Patriæ, nemo ẽ qui ñ existimet.

COROLLARIUM 3tium.

Quidnam advertendum sit in Præceptoribus, quibus liberi tranduntur.

QUàm honorificentissimum fuit, vel si etiamnum est, munus Præceptorum implere, non hoc loci declarare proposui, quos Parentum locô habendos, æstimandos, antiquitas decrevit, * nec sine ratione (a) „ debent Discipuli Præceptores suos non minùs quàm ipsa studia amare, & credere Parentes hos esse non quidem corporum sed mentium, verus enim Pater est qui nos doctrinâ ad vivendum instruit. (g) At quæ in eligendo Præceptore spectari debeant, manifestandum aggredior. Ex notis signisq; quæ in Præceptoribus elucere debent, primum quod & *initium Sapientiæ est: timor Domini*, vitæ innocentiæ, morum integritati & pietati conjunctus; horum si unum

desíde-

(e) *Arist. Pol.* 1. c. 1. (f) *Actor 2do.* (a) *Quintilianus Lib. 2do.* * *Plato 6. de leg. & 8. de Republica* (b) *Marc. Aur. Imp. Serm. ad Præcept. Commod: filii.*

desideretur, multa deesse, quæ in institutione prosunt, & plura adesse, quæ nocent, certum est. Qui provinciam docendi suscipit, „ nec habeat ipse vitia, nec ferat necesse, „ vita verbis respondeat, de virtute ut præclarè loquitur, „ ita ex eadem præclarè vivat, nec usurpet illud: doctrinam accipite, mores relinquite. (c) 2*dum doctrina* sed „ solida non ventosa; nihis enim deterius quàm si quis simulet se doctum, qui plura ignorat, quàm novit; cui potius jure locus Discipuli, quam Cathedra Magistri convenit, „ „ nihilq; peius jis, qui paulum aliquid ultra primas lite„ res progressi, falsam sibi scientiæ persvasionem induerunt (d) Nec refert tantùm esse doctum; nisi *usus & experientia adsit*, per quam tractare ingenia sciat, quæ, quando, & quibus studia conveniant. Ad hoc verò ut quæ docet & faciliter percipiantur, & firmiter retineantur, *methodus in docendo, diligentia in attendendo* servanda sunt; Hinc rectè Plato: Præficiantur institutioni maximè idonei doctrinâ, prudentiâ dicendi libertate præditi, & qui reddant faciles labores. (e) Namq; si sit doctus sed sibi ipsi, nec communicet; aut si perfunctoriè doceat, accervum præceptorum faciet, ex quo ne quidem ad paleam emolumentum & profectus extendetur in juvene; multa dicet ad sensum, modicum ad captum. Porro qui & honori suo & profectui commissi sibi juvenis prospicere curat, ut sedulò attendat, exquisitissimè examinet, luculenter ostendat, sufficienter exploret, peccata æquè puniat, defectus corrigat, necesse. Adexremum sit *patiens industrius* Præceptor, nec omnia dissimulet, nec in omnibus castiget, nec omnia acerba ferat, nec semper feriat „ sit in laudandis di-

„ scipu-

(c) *Plat. in Lachete Plut. de lib. educ. Quintil. L. Instit:* 2. *Cap.* 1. (d.) *idem l.* 1. *cap.* 2. (e) 7. *de leg.*

„ ſcipulorum actionibus & dictionibus nec malignus nec „ effuſus, in emendando, quæ corrigenda erunt, non acer- „ bus minimèq; contumelioſus. Nam id quidem multos „ à propoſito ſtudendi fugat, quòd quidam ſic objurgant, „ quaſi oderint. (f) Prima ergo debet eſſe cura Parentum bonum Præceptorem quærere, ut bonum reddat Diſcipulum. Licetſi verò perſæpe etiam boni Præceptores nihil boni in multò pejoribus naturâ efficiant, ut patet in Nerone ſub Seneca, in Commodo Marc: Aurel: Imper. doctiſſimi æquè ac virtuoſiſſimi filio ſub 9, Præceptoribus, qui plusquam 19, millibûs vitiorum contaminatus fuerat, aliisq; plurimis; ſed n̄ attendendo illi, quod caſu contingit, de jis quæ ordinariè & fiunt & inſtitui debent, dictum eſt.

COROLLARIUM 4tum.

Publica juvenum inſtitutio præferenda privatâ.

Cùm jam quæ in Pædagogis requirantur, ſuperiùs declaratum eſt, nunc quod publica Liberorum inſtitutio præſtet privatæ, ex ſequentibus argumentis fundamentum petitur. Atq, ante omnia ſi mentem Imperatorum Regum & Principum diligenter inveſtigaverimus, cur Academias, Scholas, lycæa fundârint, Magiſtros magno ſumptu conduxerint, privilegiîs donaverint, imò ad auſcultandum Præceptorum doctrinam, ſtudentium profectum ad gymnaſia frequenter iterare non neglexerint, prævîſum niſi boni commodum fateamur inferri. Et omiſſis illîs publicè legentibus & ſtudentibus, gratioſè conceſsîs

Privi-

(f) *Quint. l. 2. Inſtit. c. 2.*

Privilegiîs, quorum pleni libri, (a) plenæ ſapientum voces, plena vetuſtas, ad alia, quæ ex publica inſtitutione ſequuntur, deſcendo. Ex his *primum*, *methodus docendi & diſpoſitio*, quam in ſcholis publicis exactiſſimam eſſe nemo inficiatur; methodus inquam, facili perceptioni accomoda, quæ à ſelectis, judiciô Ordinis probatis, moribûs & facundiâ cohoneſtatîs, nec repentè, ſed conſpirante Majorum conſenſu, ad hoc utiq; graviſſimum proſilientibus munus, magiſtris proficiſcitur, ac in perfectiorem ſæpeſæpius ordinem redigitur; *alterum* ipſa, quæ ut argumentatur *Sola* apud *Lucianum* ,, nihil eſt quòd magìs ad virtutem & ſtudium inducat, quàm honeſta *æmulatio*, quæ inter condiſcipulos per crebras illasq; laudabiles concertationes usuvenit; alterum *morum & virtutum diſciplina*, cùm fieri nequeat, ut, qui domi niſi ſervos videt, eos aut non deſpiciat propter ſuperbiã aut mutuò nõ converſetur propter vitia, & quod peſſimum, nemo ex famulis eſt, qui vitia adoleſcentis deferat Parentibus, cùm ne offendat, timet, nemo ex amicis, cùm ne contriſtetur, cavet. At in Scholis cùm & ſibi æquales juvenis habeat, & in converſatione cautela Profeſſorum aſſiſtit, nec obeſt Parentum affectio aut nimius amor; non eſt pariter, quod ſuperbire vel conviciari faciat, *alterum* ſi teſte Philoſopho: *bonum publicum debet adminiſtrari publicè:* Reipublicæ vero Seminarium Juventus eſt, hanc publicè inſtitui debere refert. *Alterum mollior* illa *domeſtica educatio* quæ juventuti obeſt plurimum ,, quemadmodum & *licentia deteriores omnes red-* ,, *dit,* quæ non tam eſt inter extraneos magna, atq; intra ,, dome-

(a) *Melchior Junius Acad: Argentin: Pfr. Eloqu. Pol. Quæſt p. 3. de legib. c. 24. fol. 285. & ſequ. tum p. eadem de premiis Quæſt. 107. fol. 410. & ſequ: Zalaſzowſki Acad. Crac. Pfr. in Orbe Polono.*

„ domeſticos parietes: (b) alterum, cùm liberi in Re„ publica ſint communes quò ad uſum: quia ad civitatem „ nati; itaq; horum inſtitutio communis & publica eſſe „ debet „ anteponendum lumen tenebris, maximè iis, „ qui in luce vivere cupiunt. Inſuper: ſi amicitiâ nihil in vita optabilius, & nulla major aut firmior, quàm quæ à pueritia & inter ſtudiorum publicorum ſodales contrahitur, hoc vel ipſum bonum, publicam liberorum inſtitutionem efflagitat. Multò plura alia & firmiora rei hujus argumenta, quærat diligenter Lector curioſus & inveniet in reſpon: Verdani Epiſcop. Londin: (d) ad objećt: contra publicam Liberorum in Gymnaſiis inſtitutionem; exquiſitiſſimas, manutenendi publicas ſcholas, rationes; mihi cùm ſit perſvaſum etiam ſuperiores valere, à repetitione ſuprafatarum ſuperſedeo, ;

COROLLARIUM 5tum.

Peregrinatio confert bonæ educationi.

UT certum à plerisq; ita acceptatiſſimum habetur, quòd „ nulla ars locô diſcitur, cui ſubſcribit *Seneca* (a) „ „ magis intereſt quis veneris, quàm quò veneris. imo *Ariſtoteles* (b) tria in commoda ex peregrinationibus in Reſpublicas venire dicit, morum corruptionem, legum mutationem, ac civium diſſenſionem. Fateor hunc eſſe effectum licentioſæ peregrinationis, ſed plura commoda ex bene morata ſequi, manifeſtum eſt. Imò verò „ interdum „ expe-

(b) *Vegius de educa: liber:* 2. *cap.* 3. (c) *Quint: eodem in loco* 8. (d) *in Lib. kleomira.* (a) *Lib.* 3. *Epiſt:* 28. (b) *Lib. Pol.* 7. *c.* 6.

„expedit Patriam negligere, ut sapientiam quis possit ac„quirere, (c) neq; ex peregrinatione ipsa, morum cor„ruptio, cùm „ multi qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati; (d) neq; legum mutatio, cùm sanctius vivere compertum est eos, qui adversis extra Patriam agitati casibûs, vitæ finem inter suos transigunt, hinc nec dici imò nec cogitari potest, ut qui ubivis terrarum justitiam administrari viderunt, legibus domi obtemperare non paterentur: „ ea enim est regula certissima virtute „ quidem ex peregrino Civem, vició verò ex cive in pro„pria patria peregrinum fieri, (e) nec adextremum ci„vium dissensio sequitur, cùm „ sæpius magis amicos „peregrinatio facit. (f) Sed antequam commoda, quæ ex rectè instituta peregrinatione sequuntur; recensuero; primò quæ peregrinationem præcedere, in ipsa spectari, post illam agenda sunt, declarare proposui. Atq; præ primis ut finis diligenter exquiratur, & principium ad honestè laudabiliter, ac fructuosè peragendam peregrinationem, per piam DEI invocationem imploretur, necesse. *Alterum* ut ratio ætatis ad ferenda adversa atq; discernendum inter bonũ & malũ, honestũ & turpe habeatur. *Alterum* diligens Historiarum & tabularum Geographicarũ, præsertim ad illas Regiones, quas visitare animus est, lectio & examen, quæ in procinctu vi æ minus perturbationis, in itinere minus tædii exponunt. Ne vero corpus extra limites, animus in Patria versetur; interest, ut in ipsa peregrinatione utriusq; præsentia assistat, conferatur sermo cum incolis iisq; prudentibus, quis Religionis cultus? quæ Regni dispositio? quæ Templorum reverentia? quæ legum obser-

D vantia

(c) *Cassiod: l. Epist: 21.* (d) *Cic. l. 7. Epist. 6.* (f) *M. Aur. Imp, ad Pollion. amic. epist.* (f) *Sidon. 1. Epist: 11.*

vantia? qui Literarum amor? quæ Literatorum præmia? in theatris quid gravitatis & gratiæ? in Curiis quid justitiæ? in militia quid ordinis? in armamentariis quid præparamenti? è contra: in loquendo sit modestia, in consilio circumspectio, in omni actione prudentia. Post peractam ita peregrinationem monet *Aristophanes* (g) ut „ redux Pa„ triîs vivat moribûs, in congressu vernacula lingvâ utatur, „ vestes peregrinas immutet: ostendatq; se virum multa vidisse, pauca facere, multîs egere. Quàm digni doctiq; qui peregrinationibus operam dederunt, prodierint? qua humanitate ac benevolentiâ excipiendi? quam legis gratiam & favorem sibi vendicent? (h) non recenseo; quis fructus ab ejusmodi peregrinationibus proficiscatur, licèt ex superioribus quisq, intelligere possit, nonnulla tamen subjicere placet. Ante omnia vitæ moderatio, vitiorum emendatio, „ alienis moribûs perspectis, meliores red„ duntur, (i) tum quod alterum „ in peregrinatione sæ„ pe offa & torus herbaceus famis ac laboris medelæ sunt. (l) 2*do* rerum peritia, experientia & usus „ quemadmodum corallium, quò primum contingit aura, tempore durescit, mollis fuit herba sub undis, (m) ita qui non molliter domi educati sunt, sed extra Patriam multa incommoda passi, ad obeundas functiones aptissimi redduntur. Adextremum, cùm 2dùm Philosophum (n) nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu, atq; cùm inter sensus, principem locum visus teneat; magis etiam delectant quæ videntur, quàm quæ audiuntur, peregrinationes hac in re plurimū valent.

CON-

(g) *in Pluto:* (h) *Lib. Inst.* 4. *Cod. tit.* 13: (i) *Herod. l.* 4. (l) *Stobæ. ser* 38, (m) *Ovid.* 15: *metamorph:* (n) *Arist.*

CONCLUSIO III.

Filii Parentibus amorem, reverentiam, obedientiam & auxilium in licitis præstare debent.

TAlpam se, quæ ad lucem à natura cæcutit, profiteatur necesse, qui evidentissimam rei hujusce veritatem non videt, vel minimum in dubium vocat. Quàm multùm enim Parentibus debeamus & quàm strictissimo naturæ jure ad repensandum beneficia obligamur; non est mens quæ sufficienter capiat, lingva, quæ expeditè declaret, calamus qui adæquatè describat. Namq; si vitam, quam ab illis, DEO sic volente, sumpsimus, respexerimus; æquale nihil prorsus, etiam adscitis omnibus naturæ modis & viribus rependere,, possibile est; si laboriosam solicitudinem in educatione, huic ne totâ quidem vitâ satisfacere facile est, si amorem? in cor filiorum, quàm magnus est, non ascendit. Et quia ,, nemo dignam Parentibus referre gra- ,, tiam potest; (a) ex quo: Diis, Parentibus, Magistris ,, non potest reddi æquivalens; (b) hæc perinde 4. amorē nempe obedientiā reverentiā auxiliumq; in signum & pignus gratitudinis, præstari æviternùm debere, necesse. Equidem ,, diligere Parentes prima naturæ lex est, (c) at verò *amor* hic, qui post DEUM primus Parentibus debetur, sit stabilis, sit verus, sit intrinsecus, sit mutationibus non obnoxius: hunc filius teneat corde, loquatur ore, explicet vultu; hunc in prosperis non simulet, in adversis non dissimulet, in passionibus non comminuat, idem sit domi, idem foris, semper & ubiq; idem. Qui verè amat

 timet

(a) *Arist.* 8. *Eth.* (b) *idem* 9. *Eth.* (c) *S. Joan. Chrys.*

timet ne offendat, & qui cavet offendere, in omnibus obtemperare studet, & hinc *obedientia* proficiscitur. Procertò: „ in omnibus obtemperandum est Parentibus, præ„ terquàm in iis, quæ officiunt pietati. (d) Quod si *omnis* „*superioritas à DEO est*, „ Liberis verò suis Parens vice „ DEI est, (e) impius in DEUM habetur, qui superioribus & eò magis Parentibus non obsequitur. parendum est mandatis, satisfaciendum verbis, nec resistendum verberibus. „ Nulla vi verborum, nulla ingenii facultate ex „ primi potest, quantum opus sit quàm laudabile „ hoc pos„ se dicere, Parentibus meis parui, cessi, imperio eorum „ obsequentem submissumq; me præbui. (f) *Tertium* est supremum illud virtutum genus, institutô Omnipotentis Domini firmata reverentia. *Honora Patrem tuum & Matrem tuam, sicut præcepit tibi Dominus DEUS tuus, ut longo vivas tempore, & bene sit tibi in terra, quam Dominus DEUS tuus daturus est tibi.* (g) Ex hoc altissimo humilioris reverentiæ genere, ac si ex fonte irriguo, multa, eaq; optima bonicommoda profluere, exploratum est. Nam præterea, quòd tantum è Cælis Divinæ benedictionis impertit liberis, quantum debiti honoris Parentibus exhibuerint; præterea, quòd in terris virtute quadam occulta (non secus ac magnes ferrum) corda sibi acclinat, affectus conciliat, gratiam evincit; adhuc tamen ex illa plus boni seritur, cùm „ ipsi Patriæ conducit, pios Cives habere in „ Parentes. (h) Quòd si „ nihil tam caninum è contra „ est, quàm ignorare Parentes, & illis, qui nos genue„ runt, reverentiam non deferre, (i) „ unusquisq;

„ Pareu-

(d) *idem h. 34. in Math. op. perf.* (e) *S. Greg: Nanzianz: ad Vitalianum.* (f) *Sen: l. 3. de benef. cap. 1mo.* (g) *Deuteronom.* 5. (h) *Cic. offic:* 3. (i) *Petrus Damascenus opusc. 44. c. 6.*

„ Parentibus honorem reddat, opportet; nemo enim unquam dignum reddere poteſt. (l) Adextremum, *auxiliatio* in neceſſariis ut atteſtatiſſimum benevolentiæ filiorum in Parentes argumentum declaratur, „ ita hos non „ alere nefarium eſt, (m) quod pulchrè inducit *Ambroſius* „ o fili! quantum tibi ſumis judicium ſi non paſcas Pa- „ rentem, illi debes, quod habes, cui debes, quòd es. (n) Nec verò in præſtando auxilio, alere tantùm Parentes, juris ſui putent eſſe Filii; plura ſunt, quæ nobis gratioſè à Parentibus impertita ſunt; plura, quibûs pro viribûs opitulemur, requiruntur à nobis. At quæ & quomodò requirantur? ut ſubveniamus miſeriis, conſolemur in anguſtiis, proſpiciamus neceſſariis, immo ſi opus fuerit, nec vitæ formidemus diſcrimen. Namq; hoc præcipuè docet Philoſophia, bene debere beneficia, bene ſolvere; cùm verò „ quamdiu in Mundo ſumus, debitores nos eſſe conſtat Parentum, (o) hinc eſt: qui filii nomen piè recolligit, & in ſocietate ſupeſtitum vivit Parentum, amet vehementius, obſequatur diligentiùs, honoret devotiùs, juvet commodiùs, neceſſe. „ Revera enim filium ſe „ eſſe neſcit, viſceribûs caret, naturam negat, qui Autho- „ rem vitæ ſuæ non obſequiîs placat, non devincit cultu, „ muneribûs non honorat. (p) Immo „ qui non reco- „ gnoſcit beneficiùm vitæ naturalis, quam habet à Paren- „ tibus, indignus eſt vitâ gratiæ, quæ major eſt, & per „ conſequens vitâ gloriæ quæ maxima eſt. (q)

CORO-

(l) *Ariſtot. Ethic. 8. cap. 14.* (m) *Cic. de Republ: Aruſpian.* (n) *ſuper præcept: de honor. Paren.* (o) *S. Laurentius Juſtinianus.* (p) *S. Petrus Chrys: ſerm. 10.* (q) *S. Thom: Aquin. opuſc. 9. de 10. præcept.*

COROLLARIUM 1mum.

FIlii (qua appellatione ut Jurisconſulti ſentiunt, etiam filiæ continentur,) alii ſunt legitimi, alii illegitimi. (a) Atq; legitimi vel ſunt legitimi tantùm, quales ſunt filii adoptivi, qui non à natura, ſed à ſola lege filii facti ſunt; vel ſunt legitimi & naturales ſimul, & iſti filii legitimi & naturales ſunt & dicuntur omnes illi, qui ex verè legitimo Matrimonio, aut ſaltem putativè tali, publicè, ſeu in facie Eccleſiæ ac bona fide inito nati exiſtunt. (b) Et omiſsîs reliquîs diviſionibus, quæ potiùs Jurisconſultos, quàm Philoſophos attinent, ad illud, circa quod inſtitutum meum verſatur, redeo. Nempe: Filius familias (idem eſt de filia familias) qui eſt filius naturalis vel adoptivus ſub Patria poteſtate conſtitutus, quatuor tenetur præſtare Parentibus; amorem, obedientiam, reverentiam & auxilium (c)

COROLLARIUM 2dum.

QUodſi plurima, quæ pietatem offendunt, virtutem inquinant amorem deſpiciunt, benevolentiam tollunt, naturæ inſtituto obſiſtunt, ab ingratitudine proficiſcuntur; nec minimùm hoc loci, quod ſolius DEI offenſam attinet, declarandum præmeferendo, auſim dicere, ingratitudine filiorum nihil teterius unquam terram habuiſſe, adnunc habere,

(a) *Communis.* (b) *Communis arg. l. filium 6. ff. de his qui ſui vel alieni & princ. Inſtitut. de Patria poteſt: & cap. cùm inter 2. qui filii legitimi.* (c) *Lucius Ferrari in Biblioth. fol. 323. Tom. 3. n 76. S. Anton. p. 1. tit. 14. c. 4. Ariſt. l. 8. Eth. & alii.*

habere, pòst quoq; habituram esse. Vetus hoc adeò vitium cum Mundo natum, crevit cum Mundo, vixit cum posteris, iterum repuerascit in nobis. Ex hoc fonte omnis mali, præsertim qui sat superq; desideriîs & affluentiâ bonorum satiati sunt, plerumq; hauriunt. Sed longè à proposito digredi non lubet, ad ingratitudinem Filiorum, qui cùm nihil, quod à Parentibus non acceperint, habent; persæpe, quasi nihil acceperint, gloriari non sinunt, redeo. Testatur id luculenter *Esaias*: „ filios enutrivi & „ exaltavi, ipsi verò spreverunt me. (a) Hoc qui filius, licèt unicô, vitiô laborat, simul contra omnia peccat; cùm ingratum nec redamare, nec consolari, nec subvenire, nec obtemperare, exploratum habetur. „ Quicunq; in „ amicum ingratus fuerit, in universum ab omnibus me„ retur vituperari, (b) at meô, quod super pervagata fundatur opinione, judiciô, Filium ingratum Parentibus, nec usurâ àéris, quô spirat; nec ignîs, quô incalescit; nec aquæ, quâ reficitur, nec terræ, in qua versatur, dignum esse censeo. Nec sine ratione „ vir enim pro beneficio (quorum nullum majus, nullum præclarius, quam vitæ & disciplinæ) „ ingratus; indignus est, quòd vitâ fruatur. „ (c) Ingratitudo est pestis gratiæ, inimica salutis, quoniam „ nihil ita displicet DEO, quemadmodùm ingratitudo. (d) „ At verò: gratitudo ut antiquissimum, ita augustissimum est debitorum genus, quô Parentibus liberi sunt obligati. Et quemadmodùm „ nihil præclarius illo adolescente, qui „ sibi ipsi dicere potest, Patrem meum beneficiîs vici; (e) ita parte ab altera, nihil pravius, nihil teterius, nihil in huma-

(a) *Esai.* 1: (b) *M. Aurel. Imp. epist: ad Pollion. famic. L. 1. cap.* 40.
(c) *Idem ibidem:* (d) *S. Bernardus serm. 1. de 7. misericordiis,*
(e) *Senec. de benef. cap. ult.*

humanius quàm nec gestu, nec verbô, nec animô gratitudinem significare. Apprime Diogenes (f) Civi cuidam Attico quærenti, quid facere deberet, ut DEOS propitios. homines non infensos sibi haberet? inter cætera, hæc ad observandum exhibuit: *DEOS Tuos religiosè colito*; quisquis enim proprios non coluerit DEOS, omnibus in „rebus infelix erit. alterum: *maximam adhibeto in educan-„dis liberis tuis diligentiam*; non enim capitalior ulli potest „hostis contingere; quàm proprius Filius malè educatus. „Ultimum; *Gratus esto erga bene meritos & amicos*; Oracu-„lum enim; Apollinis dixit: quisquis ingratus fuerit, exe-„crabilis erit omnibus. Verùm enimverò, quis hominum est tam hebetis sensus, aut abjecti ingenii, qui paradoxum haberet, æquè charitate ac justitiâ duce, nulliprorsus post DEUM majorem, quàm Parentibus gratitudinem deberi; hoc à sapientibus piè institutum, à Majoribus religiosè servatum, lege (g) sanctissimè sancitum est.

COROLLARIUM 3tium.

ADeò strictissimô tenentur vinculô *inobedientia & irreverentia*, ut nisi quis honoret, eum & obtemperare; nisi non obediat, ab eo ne quidem honorari Parentes facilè quisq; intelligat. Utrumq; horum, æquè legis Divinæ, æquè humanæ indignationem trahit. Jus Divinum de in obedientia si quæritur? præstò est: *Si Pater genuerit filium contumacem, qui non audiat Patris ac Matris imperium, & coërcitus obedire contempserit, lapidibûs eum obruet populus*

bet

(f) *Sexto Chæron. lib: 11. de dictis Philosophorum.* (g) *de ingrat. liber: tit. 50. L. 8. cod. Constit. Valentiani Valentis & Gratiani Impp. in l. unica. cod. d. tit.*

Civitatis & morietur, (a) lex quoq; civilis mulctare jubet filios & filias contumaces, qui Parentes, vel acerbitate convitii, vel cujuscunq; atrocis injuriæ dolore pulsant. (a) Quodsi; justissimam sangvinis sui effusionem passi non fuerint; exhæreditari eos Leo Imperator decrevit. (c) Quæ de inobedientia hactenus; innuimus, eadem pariter de irreverentia intelligi; volupe est. Equidem; punit DEUS omne scelestum; capitilq; pænam ijs constituit, qui Patri vel Matri maledixerint. (d) Cui sanctissimæ legi, laxiùs quidem quàm opportet, conformatur institutum *Solonis* (e) ,, infamiâ debere notari eos, qui ino-,,pes Parentes non colunt, si modò artibus eos erudiverint. ,, Nullum enim majus argumentum potest esse impietatis, ,, quàm Parentum despectus & injuria. (f) Hic quisquis pius est, recolligat; si verborum offensæ, execrationes, & contumeliæ ista merentur, quid dicendum de scelere omnium gravissimorum efferatiore, à quo & natura abhorret, manus in scribendo trepidat, calamus hebescit, scelere inquam illo Patricidio. *Solon* vir aliàs æquissimus. nullam Patricidis pænam constituit, quòd neminem tam nefarium esse putaret, qui tantum crimen committeret. (g) Ipse quoq; testatur *Seneca*, summâ prudentiâ præditos viros noluisse de Patricidio pænam constituere, ne vindicando ostenderent, tale quid fieri posse, (h) Verùm enimverò; ut virtutem non præmiari, injustum & injuriosum est, ita vitium, tam grande verò, sinè pæna dimitti, impium & nefas foret. Igitur scelus hoc imma-

(a) *Deut. nom, 21.* (b) *L. 8. cod. tit. 1. de ingrat. Liber.* (c) *Constitut. 22. tit. 1. de nuptiis.* (d) *Exod. 21. & Deuter. 21.* (e) *Plutarchq in Solone. Demosth. contra Timocratem. Xenophon. L. 2. memorabilium.* (f) *Plut. L. de fraterno amore.* (g) *Laertio in Solone* (h) *de Clement. lib. 1.*

nissimum impunitum nec fuit, nec est, nec erit; nec tulit illud Dominus, nec feret; humana quoq; nec passa est, nec patietur conditio, sævit in tales lex Divina, (i) Civilis sævit. (l) At quæ & quanta pæna? Ut Patricida, (m) neq; igni neq; gladio, neq; ulli alii pænæ subjiciatur, sed insutus culeo cum cane, & gallo gallinaceo & viperâ & simiâ comprehensus, in mare vel amnem projiciatur. Cur ita? ut omnium elementorum usu vivus carere incipiat, & ei superstiti cælum, terra mortuo auferatur. Sed pænæ hujus rationes explicatiores reddit eleganter *Cicero*: (n) Canis additus Patricidæ est, quia ferox & immundum animal, vipera, quia Parentibus inimica; simia quia fætus suos strangulat & præter humanam formam, humani nihil habet; gallus gallinaceus, quia viperæ maximè infensus: adeoq; cùm pugna ibi atrocior exoritur, pæna magìs exasperatur. Neq; mirum videatur cuiq; „ maximum enim scelus ei mortem per vim „ inferre, à quo quis vitam accepit. (o) Super quæ *Plato Divinus* scribens, inquit: (p) „ si quis filius „ in tantam iræ insanæ intemperiem inciderit, ut Paren- „ tis sui sangvine, manus impias commaculare audeat, „ extremis suppliciis subjectus erit; etsi fieri posset; justis- „ simum esset multìs mortis generibûs Patricidam necari.

COROLLARIUM 4tum.

Amplier quàm cogitavimus de ferendo Parentibus auxilio scribendi proponitur materies; cùm, quò for- tiori

(i) *Exod.* 21. (l) *Lib.* 4. *Instit. tit.* 18. & 9. *Cod. tit.* 17. *de his qui Parentes occiderunt.* (m) *in Oration. pro Roscio.* (n) *Diodorus lib.* 1. *cap.* 6. & *Cic. pro Roscio.* (o) 9. *de leg.*

tiori egestate premuntur, eò majorem legis favorem nanciscuntur. Hinc venit: quòd; *Filius quantumvis obstrictus votô, Religionem ingredi non potest, si Parentes in tam extrema necessitate existunt, ut eidem sine ope Filii obsistere non possint.* (a) Nec officit, quòd filius sit vinculô voti obstrictus. Equidem; „ quidquid volumus, & non possu„mus; factum DEUS computat, (b) & ut rectè notat Joannes Angelus Bossius (c) obligatio naturalis subveniendi Parentibus extremè indigentibus, antiquior fortiorq; est obligatione voti; nec votô tolli potest.

COROLLARIUM 5tum.

VErùmenimverò, tamdiu inter cætera, amoris, reverentiæq; officia subvenire juvat, quamdiu liberi, & *liberi* sunt, & opitulari possunt. Ex quo: filius Religiosus professus nequit è Religione exire, nisi accedat suorum Superiorum placitum & facultas. (a) Nec errabo si mortuam inibi dixero esse voluntatem. Professus enim in Religione nec posse, nec velle habet, cùm suam voluntatem, seq; ipsum transtulerit in potestatem Religionis. Ab hac in omnibus dependere debet, adeo: ut quidquid agit contra Superiorum mentem; iniquè agat. Eapropter non accedente Superiorum consensu, nec poterit è Religione exire, ad subveniendum extremæ necessitati Parentum;

(a) *Communis cum S. Th.* 2. 2. *qu:* 101. *art.* 4. *ad* 3. & 4. *Silvester v. Religio* 6. *q.* 9. *Navarr. in man: c.* 14. *n.* 14. *Astens. in summa Part.* 1. *l.* 1. *tit.* 24. *art.* 3. *q.* 4. *art.* 4. *Cajet:* 22. *q.* 189. *art.* 6. (b) *S. Aug. sup. Psalm:* 57. (c) *de effect. Matrim. p.* 2. *cap.* 23. *n.* 268. & *Rosignol. de Patria potest. disc.* 3. *n.* 17. (a) *S. Th.* 2. 2. *q.* 101. *art.* 4. *Cajetanus, Alexander, Astensis, Lyranus, Sylvester, Tabiena, S. Antoninus. Armilla, Sa, Sanchez, Layman, aliiq; plurimi.*

tum; quantumvis magni etiam nominis Doctores in favorem Parentum, super fundamento obligationis naturalis & intrinsecæ, quæ per ullum statum eximi non potest, contrariam teneant partem.

CONCLUSIO IV.

Liberi Parentibus in illicitis neq; amorem, neq; reverentiam neq; obedientiã neq; auxiliũ præstare debent.

NOndum terra scabellum pedum, nondum excellentissima sedes illa cælum, nondum erant abyssi, jam unusquisq; ad vitam, quam in tempore à Parentibus accepit, signatus fuerat, jam ad esse ordinatus fuerat. Hæc eò dico, ut quivis primò se intelligat creaturam ab æterno prævisam, quàm filium in tempore natum; priùs DEI mancipium, quàm Parentum solatium; prius lege Divina, quàm naturæ obstrictum esse. Cùm verò omnia, quæ ex se illicita sunt, contra summum bonum, Creatorem nempe, agere videntur; in omni; illicitorum officiorum genere, potiùs amorem Parentum despici, reverentiam comminui, obedientiam negari, auxilium negligi, quàm DEUM offendi, necesse æquumve est. Procerto: „ amandus est Genitor, sed non postponendus Creator, (a) & „ sicut diligere post DEUM Parentes pietas est, ita plus „ quam DEUM diligere impietas est. (b) Et quidem; „ „ rectus ordo est, post DEUM amare Parentes, & amicos, „ si tamen necessitas venerit, ut utrumq; servari non possit; „ odiũ in suos, pietas in DEUM servanda est, (c) atq; ita „ servan-

(a) *S. Augustin.* (b) *S. Joan. Chryst: hom. 26. sup. Math. op. imp.* (c) *S. Hieron: in Cant.*

„ ſervanda ;, ut ſi voluerint plus diligi, in hoc odiô habeantur. (d) Pereat hinc amor quicunq; fædus, quicunq; DEO injurius, quicunq; illicitus eſt, hoſtis enim animæ ſervitus eſt; at repleat viſcera, repleat mentem, repleat cor, amor DEI, cui ſervire, regnare eſt. Quemadmodùm verò, execrabilis eſt amor illicitus; ita & cætera cùm reverentiæ, cùm obedientiæ tum auxilii, ſi limites juſtitiæ & obligationis tranſierint, officia; indignationem Divinam trahunt. Equidem: ſuus cuiq; honor tribuendus, „ nec „ in illo juſſum eſt Parentibus obedire, in quo animæ pe„ riculum formidatur, (e) Quod evidenter Scriptura „ Sacra teſtatur. (f) *Audi fili mi diſciplinam Patris tui, & ne dimittas legem Matris tuæ - - - - - ſi te lactaverint peccatores, ne acquieſcas eis; ſi dixerint veni nobiſcum, inſidiemus ſangvini, abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtra, deglutiamus eum, ſicut infernus viventem*, & cætera, *fili mi ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à ſemitis eorum.* Omnia ergò, quæ DEI cultum vel auferunt, vel comminuunt, vel nihili faciunt; amorem Creatoris vel negant, vel proximi condemnant, vel famam inquinant; omnia inſuper: quæ in vitam conſpirant, quæ amorem pravum, reverentiam ſuperfluam, obedientiam indebitam; auxilium iniquum poſtulant; & nefaria ſunt, & fieri non debent.

COROLLARIUM.

SEd præter allata ſuperiùs argumenta, quæ potiùs DEI cultum promovendum, quàm ut in illicitis voluntati aut mandatis Parentum ſatisfiat, efflagitant; adhuc ex ſententia

(d) *S. Chryſ. in Math.* (e) *S. Cyrill. Hieroſ. epiſt: ad Aug.* (f) *Proverb. c. 1.*

centia Aristotelis, (a) non in omnibus absolutè magis est obediendum Patri, quàm cuicunq; alteri. Namq; si filio infirmo, id, quod Medicus præcepit, Pater negaverit, obediendum est Medico & non Patri, cùm in tali proposito superior est ad filium Medicus, quàm Pater; miles quoq; in exercitu, obedire tenetur Duci & non Patri in expeditione belli; ea tantùm, quæ sunt propria Parentibus, semper, ubiq; & fideliter exhibendo.

Longè plura hac in materia, quæ adeò ampla, ut magnam Theologiæ, Jurisprudentiæ, ac Philosophiæ partem occupet, scribenda essent; quæ cùm instituti nostri limites excedant, vel hactenus dicta sufficiant. Jamque pro tenuitate ingenii, magnitudini rei neutiquam correspondenti, finem lucubrationi isti imponi, placet.

(a) *Lib: 9. Eth.*

Ad M. D. G. V. B. H. SS. OO. signanter B. J. Cantii Cultum & venerationem.

PERMISSU

MAGNIFICI & AMPLISSIMI DOMINI RECTORIS.

iciu
ter
na i
oru
tpo
ne i
ec f
atu
nen
ate
ſpi
nal
ide
ui c
n e
nu
, an
uoſ
tru
iuda
eti
qua
inu
, &
lun
ere
quo
ſpa
pri
ten
rce
eiu
cor
a
ore
ten
au-

8

Kommissarzu Dobrodzieju! –

e jedno podanie względem zmnieysze

Eremu przesyłam tego Koncept,

ązę JW. Dobrodzieja – i proszę

woie łaskawe zdanie czy mam

be lub nie? –

szego Uszanowania

839 r.